



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 129. Adventus Legatorum Franciæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

§. CXXIX.

Sæcul. XV.
A. C. 1414.*Adventus Legatorum Franciæ.*

Secunda Sessio die præstituto decimo septimo Decembris habita non est, forte, quod Imperatoris adventus expectaretur, ejusdemque præsentia Patribus gratissima foret. Plusquam trimestre abiit, quin ulla celebraretur Sessio publica, sed tantum quædam particulares cogebantur congregationes. Præterlapso autem hoc temporis intervallo Franciæ Legati comitantibus plurimis ejusdem Nationis Præsulibus advenerant, ingenti pompa excepti; quamvis exterorum Cardinalium nullus illis obviam processerit, excepto Vivariensi, cum hic amplissimos in Galliis perciperet reditus.

§. CXXX.

Sigismundus Imperator Constantiæ.

Non multo post ipse etiam Imperator *Vander Hardt tom. 4* advenerat, qui vigesima quarta Decembris pridie Natalis Domini Uberlingæ, *p. 28.* quæ uno lapide Constantia distat, diver- *Naucley.* terat. Joannes Clumæus comperto Im- *gen. 48. p. 437* peratoris adventu pluribus in locis, per quæ transire debebat, libellum latino & Germanico idiomate conceptum affigit, in quo de gestis adversus Joannem Hus-
sum